



IESVS, MARIA, CVM B. ALEXIO.

I V R I S

DISCVRSVS

P R O

IOACHIMO FONTANA

PHARMACOPOLA,

CONTRA

IOACHIMVM CARRERES

Pharmacopolam.



ET IIT in presenti cau-
sa Ioachimus Carreres cō-
demnari Ioachimū Fon-
tana ad restitutionē quin-
genarum librarū eo motiuo, quod
Maria Fontana soror dicti Carreres
erat sine filijs defuncta, ob quod fuit
locus pacto reuersionali appposito in
capitulis matrimonialibus inter di-
ctos cōiuges Ioachimū, & Mariam
Fontana firmatis.

Ioachimus verò Fontana præten-
dit dictam Mariam Fontana vxorē
suam habuisse facultatem dispen-
di super bonis donatis per patrem
suum de 750 lib. casu quo sine filijs
descenderet; sicque si dicti Carreres
petitio procedebat solum poterat
disponere dicta Fontana de 500 lib.
& non de 750 lib.

Obtulit dictus Fontana soluere

dicto Carreres 85 lib. pro cuple-
mento restitutionis dotis eius vxo-
ris. Sed replicando dictus Carreres
opponit dotē constitutam dicto Fo-
tana, quamuis fuerit dictum in capi-
tulis matrimonialibus esse 1500 lib.
rei veritastamen erat, quod dos so-
lum erat 1000 lib. prout in Apodi-
gia, seu Chirographo per dictum
Fontana factō, & firmato in recogni-
tionem veritatis in fauorem dicti
Luciani Carreres patris dotantis; sed
& nihilominus dictus Fontana repli-
cando præten-
dit per dictum Chiro-
graphum non fuisse sublatam facul-
tatem dictæ Mariæ Fontana dispo-
nendi de bonis donatis, vsque ad
summam de 750 librar. sed solum
in dicto Chirographo agebatur de
interesse dicti Fontana, & non e-
ius vxoris, quare ex his omnibus

A sequen-

MFF

51. A
sequentia dubia discutienda ve-
niunt.

4 Primum, vtrum dicta Apodigia,
seu Chirographum sit contra *const.*
vnic. tit. de promesa de dot.

5 Secundum vtrum casu, quo non
sit irritatum, seu annullatum per di-
ctam *const.* ex his quæ in ea conti-
nentur, fuerit sublata facultas dictæ
Mariæ Fontana disponendi de 750
lib. in capitulis matrimonialibus si-
bi tributa per patrem suum su-
per bonis donatis, sicque an illi ob-
ster.

6 Ad primum deueniendo conclu-
dendum est Antapocham, seu Chi-
rographum per dictam Fontana fir-
matum eius focero nullius esse robo-
ris, & firmitatis, obstante primo *const.*
vnic. incip. à foragitar fraus, tit. de
promesa de dot. in qua annullatur qua-
libet scriptura facta per filios suis
parentibus, aut quamlibet aliam
personam, cuiuslibet alteri in diminu-
tionem donationis factæ in capitulis
matrimonialibus, seu contemplatio-
ne matrimonij, adeo vt tali scriptu-
ra in iudicio, nec extra fides non ad-
hibeatur, atqui scriptura per Ioachi-
num Fontana in fauorem Luciani
Carreres facta est in diminutionem
donationis factæ, seu faciendæ per
Lucianum Carreres eius filiam Mariæ
nullius igitur est roboris, & in nihi-
lo ei est standum.

7 Secundo, quia etiam de iure cõ-
muni huiusmodi retro donationes,
& repromissiones in fraudem dona-
tionis contemplatione matrimonij
factæ annullantur & reuocantur, Frâch.
decis. 205. Pasch. de patr. potest. lib. 1.
cap. 4. num. 36. Gratia. tom. 5. discep.
924. num. 29. & in retrodonatione
facta per generum focero decisum
refert in fauorem generi contra re-
trodonationem Anneus Robert. ver.

in d. lib. 1. cap. 2. ad quem remitto,
quia est idem casus sicut noster.

8 Nulla consequenter habenda erit
ratio dictæ retrodonationis, tanquã
clandestina, vnde in antapocha nul-
lum fundamentum facere aduer-
sarius potest.

9 Neque officit si dicatur supradi-
cta procedere quando fraus inter-
uenit, hæc enim fuit causa finalis ad
euitandum fraudes, vt docet Mier.
colla. 6. super hac *const.* à foragitar
fraus num. 2. fol. 141. & Fonta. claus.
4. glos. 1. num. 71. cessantibus igitur
fraudibus etiam, & cessare debet
dispositio constitutionis dicitur autẽ
fraudem cessare, eo quia matrimo-
nium fuit solutum per mortem Ma-
riæ Fontana sine filijs, quibus iam
eo tunc nullum poterat fieri præiu-
diciu quo casu retrodonatio susti-
netur, vt docet Cancr. 3. p. cap. 2. nu.
225. vers. Quanto Maior. Responde-
tur etenim doctrinam Cancr. no-
stro casui accommodari non posse,
ibi enim per mortem donatariæ nulli
siebat præiudiciu: hic autem vxori
siebat præiudiciu, quia (vt præten-
ditur) facultates ad disponendum di-
minuuntur per dictam retrodona-
tionem interest autem testatricis
amplas facultates habere, vt hæredẽ
facilius inuenire posset, ex §. 1. inst. ad
l. falcid. quo circa quatenus ex ea ori-
tur præiudiciu vxori (iudicio dicti
Carreres) vt disponere non possit de
750 lib. sed de 500 lib. nullius est ro-
boris & momenti alteri enim per
alterum non debet iniqua conditio
inferri, l. non debet ff. de regulis iuris,
quæ facultas non poterat adimi, nec
diminui sine consensu, & voluntate
dictæ Mariæ Carreres testatricis, cui
facultas fuerat data, actio enim mi-
hi semel quæ sita me inuito à me au-
ferri non potest, l. id quod nostrum de
reg.

reg. iur. Gomez ad l. 40. Tau. num. 30.
Merlin. cont. iur. cap. 59. num. 6. Ius
enim quæsitum re, vel spe vigore
contractus non potest remitti sine
facto eius, cui fuit quæsitum Bald.
in l. si constante vers. Exceptis, C. de
don. an. nupt. Merlin. qui supr. nu. 10.
Cald. Perey. in respons. pro Societa. Ie-
su num. 5. Tiraq. de retract. conuen.
§. 1. glos. 7. num. 2. 2. & seq. Barbof. in
collect. ad l. si constante de don. ante
nupt. nu. 6. & 11. Cutel. ora. 12. n. 105.

Quorum omnium ratio est, nam
donatio semel perfecta conditiones
postea non capit, nec eidem potest
ex post facto modus, grauamen, vel
conditio apponi, siue quid aliud ab
eâ dominui, ex l. perfecta donatio C.
de donat. qua sub modo, & c. Castill.
lib. 3. cont. iur. cap. 10. num. 1. Franch.
decis. 213. num. 4. & 5. donatio enim
perficitur solo consensu nudaq; vo-
luntate donantis, l. si quis argentum,
§. fi. C. de donat. §. alia inst. de donat.
Marc. decis. 306. num. 11. p. 1. Men-
doç. de pact. lib. 3. cap. 3. nu. 11. Hon-
dede. cons. 37. num. 13. & 44 lib. 1.
& semel constituta donatione ex ra-
tione dictæ l. perfecta donatio, nec in
continenti, neque ex interuallo ad-
mitti potest poenitentia, seu innoua-
tio, aut alteratio, Caualc. decis. 42.
num. 2. to. 1. Anto. Fab. de erro. pragmat.
decad. 48. erro. 5. & donatione perfe-
cta, ius statim fuit donatario quæsitum,
quod non debet in totum tolli vel
aliqua in parte minui absque eius
consensu, Bello. de potest. eo. que sunt
in cont. cap. 61. num. 4. Rippa resp.
63. num. 6. ibi; Sed his non obstanti-
bus puto intrepidè contrarium esse de
iure verius, & pro fundamento præ-
mitto, quod donatio inter viuos perfe-
cta nullâ recipit retractationem, nec
mutationem, nisi consentiente donata-
rio, dict. l. perfecta, & l. si donationem

& l. velles C. de reboc. donat. Castillo
dict. cap. 10. num. 57. non potuit igi-
tur cum dicta scriptura inter Lucia-
num Carreres & Fontana firma-
ta aliquod præiudicium fieri dona-
tioni per dictum Lucianum filia
eius factæ.

Et Ioachimus Fontana quamuis
retro donationem fecerit non exin-
de crit impeditus ius ex persona Ma-
riæ consortis, vti hæres illius allega-
re, & de eo opponere; quandoque
enim quis consequitur lucrum ex
persona alterius, quod ex sua non
consequeretur Lapis allega. 94. nu.
6 Merlin. de legitima. decis. 75. num. 5
Barbof. in collect. ad l. cum à matre n.
12. C. de rei vendi.

Ex quibus omnibus concluditur
supradictam antapocham, seu retro
donationem factam per Ioachimum
Fontana in fauorem soceri suo dis-
positione constitutionis venire, &
nullam habendam esse, neque casu
qui obuenit aliquo modo obstare
potest.

Sed, & vt cumque sit quamuis
supradicta scriptura sustineretur
adhuc concludendum est per eam
non esse sublatam facultatem Ma-
riæ filia donataria disponendi de
750. lib. super bonis donatis per pa-
trem tributam. Sicque secundum
dubium in fauore dicti Fontana de-
clarandum venit.

In prædicta enim scriptura stipu-
latur tantum per Ioachimum Fon-
tana dicto Luciano Carreres socero
de non petendo 500. lib. residuas
ex donatione, quâ publicè de 1500.
lib. faciebat Mariæ filia suæ con-
templatione matrimonij eum eo con-
trahendi, & tota dicta scriptura (si
eius series attenditur) dirigitur ad
excludendum dictum Fontana à iu-
re petendi 500. lib. donatas per pa-
trem

trem contemplatione matrimonij;
itaque nullum verbum fit in dicta
scriptura, neque ibi tractatur vsque
ad quam summam posset dicta Fon-
tana super bonis donatis disponere
& in hoc in nihilo fuit inmutata
facultas in nuptialibus tributa, nulla
ergo ad hunc casum facienda est
extensio cum expressum non sit, &
non est nostrum extendere disposi-
tiones conventionales l. fideiussores
magistratum 69. §. pro Aurelio ff. de
fideiuf. Gratia. com. 4. discep. 716. nu.
5. nec de re ad rem, nec de loco ad
locum, nec de casu ad casum Velaz.
consul. 64. num. 5. Gam. decis. 181. Mo-
lin. de iust. & iur. disput. 507. Mastril.
decis. 182. nu. 30. com. 2. Tusch. verb.
obligatio. est. stricti iuris nu. 33. Rot.
Genu. decis. 25. num. 6. vbi quod sti-
pulatio non trahitur de vno casu ad
alium Mar. Mut. decis. 3. num. 5. nec
tempore ad tempus l. Lucius 2. §.
Paulus ff. de adm. tuto. Tusch. concl.
304. num. 9. vltra quam sonant ver-
ba ipsius obligationis Dyn. conf.
16. plura ad hoc institutum Mar.
mut. decis. 100. num. 10. 11. 13. & 14.
quorum omnium ratio est, quia cō-
tractus non recipiunt interpretatio-
nem ampliatiuam, etiam si sine ea
promissio stare nō posset Bald. conf.
145. per tot. lib. 3. omninō legendus,
& casus contingens prater ordina-
tionem contrahensium etiam ex
maioritatis ratione in dispositione
minimē comprehenditur DD. in l.
quod fauore C. de legib. Decius conf.
218. num. 11. Cabed. p. 1. decis. 140.
num. 3.

2) Additur etiam alia ratio; quia in
contractibus non quid voluerint cō-
trahentes, sed quod dixerint, & ver-
bis declarauerint attendendum est
l. quidquid astringēda ff. de verb. oblig.
l. si extraneus ff. de cond. ob. caus. Pau-

lus de Castro in l. in ambiguo ff. de
reb. dub. quidquid enim omissum
est in contractibus, censetur om-
missum, ita quod altera partium non
potest interpretari, & dicere se hoc
modo intellexisse, & non illo vbi ni-
hil dictum fuit, & ex verbis colligi
non potest Bart. in d. l. quidquid astringēda, & in l. si extraneus. Paris. cōf.
117. num. 6. lib. 1. Rolan. conf. 59. nu.
25. lib. 3. Cabed. d. decis. 140. num. 3.
p. 1. Gabr. conf. 95. nu. 17. vol. 2. licet
maior sit ratio in vno casu, quā in
alio Craue. conf. 416. nu. 5. Ramon.
conf. 37. num. 117. cum igitur in di-
cta scriptura nulla contineatur con-
uentio circa facultatem, quam Ma-
ria habebat disponendi de 750. lib.
vtrique non est facienda extensio, sed
tanquam omissam habendum est:
nec potest altera ex partibus dice-
re se hoc modo intellexisse, Cephal.
conf. 626. num. 9. nihil enim aliud
inquirendum est prater id quod in
instrumentis scriptum est Bald. in l.
fin. per illum rex. C. de fals. cau. adi. le-
ga. remanēt igitur facultas, de qua
in dictis capitulis in sua firmitate,
vt scilicet dicta Maria de 750. lib. su-
per bonis donatis disponere possit.

Tertia sit ratio, nam cum facile
fuerit patribus, circa hæc de quibus
nunc agitur, disponere si voluissent
videtur non disposuisse, quia non
præuenit, cap. ad audientiam de decima.
c. inter corporalia de transla. prelato.
Cephal. d. conf. 626. n. 11. Becci. conf.
1. num. 14. latē Surd. decis. 202. num.
10. & dicto Luciano Carreres im-
putandum est cur apertius non de-
clarauit, & hunc casum non præue-
nit quo Maria filia sine filijs decede-
ret ex Bart. d. l. si extraneus. Ruin.
conf. 181. num. 7. lib. 1. Socin. iun. conf.
103. num. 4. lib. 3. Decia. respon. 2. n.
4. & 6. lib. 2. Tusch. concl. 116. num.

11. lit. O. Cutell. oratio. seu decis. 12. nu.
15. quia in contractibus semper fit
interpretatio contra eum qui potuit
apertius loqui Fab. in C. lib. 6. tit. 17.
de Verb. signif. de ffi. 23. Castil. contro.
lib. 5. tom. 5. cap. 86. num. 25. & 26.
sunt enim stricti iuris Magon. decis.
Lucen. 53. num. 20.

49
Neque officit si dicatur, quod ex
dicta scriptura apparet, & resultat
qualis fuerat vera dos, & donatio,
quæ dabatur per Lucianum Carre-
res filiam suam nempe mille libras, &
talis erat conventio inter patrem,
& dictum Fontana generum, unde
eodem modo quo publicè donatio-
ne facta de 1500 lib. poterat tantum
disponere de medietate eodem
modo habita ratione ad mille libras
quæ erat donatio vera: argui enim
videtur ex hoc voluntas patris do-
nantis de concedenda facultate su-
per medietate pecuniæ verè, & non
fictè donatæ. Respondetur etenim
pluribus rationibus.

20
Prima, quæ ex supra adductis ap-
paret, nempe quod non reperitur
super hoc conventum in dicta scrip-
tura, sed omissum, unde non dicitur
derogatum conventionibus pu-
blicæ factis inter patrem & filiam.

21
Secunda: quia si bene attenditur
mens, & intentio contrahentium
quando ea scriptura fuit facta appa-
rebit nunquam cogitatum fuit de
facultate dictæ Mariæ tributa sed
Lucianus Carreras præueniens solu-
tionem non fieri ultra mille libras,
Chirographum, seu pactum à gene-
ro stipulatus est itaque nunquam
de vxore, seu filia respectiue fuit co-
gitatū, unde ad casum improvisum
non est facienda extensio, inter quos
magna adest differentia, quia in tri-
buenda facultate disponendi, nihil
intererat dicto Carreras, quia maio-

rem summam à suo patrimonio nõ
diminuebat, quod secus erat soluen-
do dotem de 1500 lib. & in genere
fuit cogitatum de filiis, quia matri-
monium fuit firmatum ad notata
per DD. in l. si unquam C. de reuo. do-
na. quo casu de omnibus bonis facul-
tatem habebat disponendi.

22
Præterea si sortes mutata fuissent,
& maritus præmortuus nonnè Ma-
ria possit detrahere pro augmento
750 lib. stipulatas: utique sanè; quia
per dictam scripturam iuri ei qua-
sito nullum erat generatum præiu-
diciū, l. fin. ff. de pact. Cutel. dict. de-
cis. 12. num. 105. ergo similiter, & po-
tuit de 750 lib. donatis disponere, nõ
enim est facienda extensio contra
mentem dicti Fontana, Gratia. tom.
5. cap. 980. num. 22. non enim con-
ventiones certæ, & firmæ per ca-
sum fortuitum, qui evenit mutan-
dæ sunt, potuit enim ipsa hæredem
insistere extraneum, & integram
quantitatem heres consequeretur,
quare non maritus in casu quo eue-
nit.

23
Quartò sic ratio, quia in dictis ca-
pitulis matrimonialibus facultas fuit
Mariæ concessa disponendi de 750
lib. casu quo sine liberis decederet
non ut medietas dotis, sed ut quan-
titas, quia legitur in capitulis, si em-
perola dicta Maria mori sensu filis, em-
tal casu puga disposar de 750 lib. non
itaque, non dicit possit disponere
de medietate dotis, sed de quanti-
tate certâ de 750 lib. per ea quæ tra-
dunt DD. de venditione ex quibus
dignoscatur ad mensuram, vel cor-
pus facta; dicunt enim, quod si in vē-
ditione inceptum est à corpore, ut
puta vendo tibi fundum in quo sunt
decē iugera, tunc venditio censetur
facta ad corpus; si verò in venditio-
ne inceptum sit à mensura, ut puta
vendo

24

11100
vendo tibi decem iugera, tunc dicatur facta ad mensuram, quia videtur tunc contrahentes super mensura contrahere, & non super corpore, Corneus *conf. 59. lib. 4. Deci. conf. 34. Trent. va. reso. lib. 3. reso. 5. num. 7. Mantie. de tacit. & amb. con. lib. 4. ti. 17. num. 34. Surd. deci. 257. num. 2.* sic similiter in nostro casu dicendum est, quod cum Lucianus Carreres cedendo facultatem dictae Mariae disponendi de rebus donatis dixerit, *puga disposar de 750 lib.* & nullum verbum apposuit de medietate dotis, sed certam quantitatem disponendi dedit de 750 lib. dicendum est non uti medietatem sed uti quantitatem certam considerandam esse; sicque quo ad ipsam nullo modo poterat diminui quamvis dos diminueretur.

Sit quinta ratio negando, data validitate dictae scripturae donationem fuisse diminutam, quia in dicta scriptura dictus Fontana promittit non petere pro dote ultra mille libras, quae promissio non diminuerebat donationem filiae factam cuius respectu non erat dos, sed donatio unde poterat non obstante scriptura complementum 1500 lib. petere & semper quolibet tempore supradictae facultate uti.

Ex quibus omnibus concluditur plene in dicta scriptura, & instrumento firmato inter dictum Carreres & Fontana circa complementum

petitionis, & repetitionis dotis nullum fuisse illatum praedictum dictae Mariae Fontana circa facultatem in capitulis matrimonialibus ipsi tributam disponendi super rebus donatis de 1500 lib. ex defectu potestatis, & voluntatis dicti Luciani Carreres donatoris patris sui, *potestatis*, quia non poterat derogare iuri quaesito, & *voluntatis*; quia non constat hoc voluisse; sicque concludendum dictum Fontana solum potuisse condemnari ad solutionem octoginta quinque librarum pro integra restitutione dotis, nempe facto sequenti computo, constat in processu dote fuisse datam hoc modo 900 lib. in pecunia numerata & 600 lib. in fundis dotalibus quos constat donatorem percepisse, sicque solum probatum est in processu dictum Fontana pro dote recepisse 900 lib. ex quibus detractis 750 lib. in quibus uti haeres Mariae Fontana successit dictus Fontana remanent 150 lib. & detractis ex ea 65 lib. pro interesse decurso ex illis centum libris non solutis ad complementum 1000 lib. per tempus tredecim annorum quo duravit matrimonium ad rationem quinque librarum pro quolibet anno remanent supradictae 85 lib. pro uti in scedula per dictum Fontana oblata 21. Ianuarij 1639. est explicatum, & sic declarari speratur, Salvo, &c.

Tristany I. V. D.

Cubertura y asiento de Juan del Rey f. 1. e. 1. 1639. y f. 2. e. 1.

Cristy M. Magalona f. 1. e. 1.